UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Eleëmosyna duobus casibus est necessaariò non mittenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Visual Library

Eleëmoſyna duobus caſibus eſt neceſſariò non omittenda.

ELeëmoſynam non facere, eſt peccatum mortale in duobus tantummodo caſibus. Primus eſt, ſi quis habet de ſuperfluo naturæ & perſonæ. Et tunc quia præceptum hoc (ſcilicet, quod ſupereſt, eleëmoſynam date) eſt affirmatiuum & obligat pro loco & tempore, &c. propterea fidei ac prudentiæ illius qui ſuperfluum habet, commiſſum intelligitur: quando & quibus actualiter diſpenſet illud ſuperfluum, ſimul vel ſucceſſiuè, vt melius ſibi videbitur.

Secundus eſt, quum apparet pauper in extrema neceſſitate conſtitutus, iuxta illud Ambroſii, Paſce fame morientem: ſi non pauiſti, occidiſti.

Et in primo caſu intellige duo. Primò ſuperfluum non conſiſtere in puncto: quoniam ſicut multis ablatis ab aliquo, non cenſetur quis indigens: ita multis adiunctis non propterea ſuperfluit. Secundò, quòd ſuperfluum in tali latitudine conſiſtens, iudicandum eſt cõſideratis ſumptibus honorabilibus etiam filiorum, familiæ, ſtatus munificentia, magnificentia, cõmunibus euentibus, hæredibus, & aliis eiuſmodi ita vt rarò videatur contingere, vt homo ſecundùm ſtatum glorioſè viuens, ſuperfluum habeat. In ſecundo quoque caſu intellige extremam neceſſitatem, non quando emiſſurus eſt ſpiritum: ſed quando ob defectum neceſſariorum apparet, quod ille moritur, niſi ei ſuccurratur de neceſſariis modo, quando poſſunt ipſi prodeſſe ſubuentiones, antequàm deſperetur de vita illius.

Emptio debet eſſe diſcreta, & modo debito exercenda.

EMere rem minoris iuſto pretio ex intentione emendi ſeu ſoluendi minus iuſto pretio, tunc hoc

&c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN